



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XXXVII. De Postvlando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

- à viro , valet transactio de matrimonio quasi de novo contracto?
- 3 Quod vero ait textus , conjugi sacramentum esse quoque apud infideles, accipendum est quoad contractum sacramenti matrimonii, qui non minus tamen infideles constat, sed nequaquam ut sacramentum, eo quod baptismo careant, qui est aliorum sacramentorum fundamentum & janua, c. 2, De cognat spirit. in 6, Et can. Cum itaque in fine De consecrat. Dis. 4. Similis locus est in e. Gaudemus 8, circa pr. inf de divort. qui & eodem modo exaudiendus.
- 4 Jam ad secundum caput textus nostri transamus, quo vult S. Pont. interdum detrahendum esse juris severitati, inspecco scilicet statu imperii, & delinquentium multitudine. Cui certè obstat responsum I. C. Claudii Saturnini, in l. Aut facta 16, § fin. D. De pœnæ, sub his verbis : Nonnumquam evenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties, nimium multis personis grassantibus, exemplo opus sit. Hoc verò loco juber attemperari S. Pont. pœnam , quæ à jure constituta est, propter multitudinem delinquentium. Verum ex ipso nostro textu facile conciliatur hoc responsum Claudii. Nam textus præter multitudinem delinquentium etiam vult considerari statum imperii, ut si multitudine delinquentium imperio judicis contineri non possit, tunc pœna remittenda sive diminuenda sit: secus, si contineri possit, & unius vel alterius exemplo opus est, de quo loquitur Claudius in d. § fin Ratio verò textus nostri est in can. Ut constitueretur Dis. 50, in verbis, Vbi non hujus aut illius hominis periculum, sed popularum frangere facit, detrahendum est aliquid severitatis. Et in can. Commissiones Dis. 44. jubetur agi cum peccantium multitudine non asperè, non duriter, non modo imperioso, sed magis docendo & monendo.
- Igitur propter multitudinem delinquentium severitatem pœnæ detrahitur. Idem est, si vel alia justa causa sit pœnam remittendi vel mitigandi ob delicti circumstantias , videlicet aut propter ætatem minorem delinquentis, aut senectutem, aut propter sexum muliebrem, aut ebrietatem, aut justum dolorem, similemve ob causam, ut fatus videre est apud And. Tinq. in tract. De pœnis legum temperandis & remitt. Jul. Claram in Pract. crum. q. 60. & exstant de his textus in d. l. Aut facta 6. in l. Responsio D. De pœnis, & in 6. Sicut 6. inf. De homicidio, ubi circumstantia enumerantur, quæ potissimum sunt considerandæ in puniendo delicto, videlicet causa ipsius delicti, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & eventus, ob quas delicti pœna vel remittitur , vel minuitur, vel quandoque augetur. Sed hæc explicare latius nostri non est instituti.

Unde ad tertium caput textus nostri digrediamur, quo dicitur, in casibus non decisis expresse à jure judicem debere æquitatem lequi, propendo semper in humaniore partem, habita scilicet ratione personarum, causarum, temporum & locorum. Confirmat text. ins. 4, §. 1, sup. De off. & possest iud. de leg. Atque hoc regulare est in omnibus casibus, qui à jure certo deficit non sunt, l. 1, in fine D. De jure codicillor. l. 1. §. 1. D. De effraðorib. & l. Continuus 137, §. exmitta D. De verb. obl. Adhibita tamen semper æquitate, ut hic textus moneret, & in l. Semper in dubiis D. De R. I. In iis verò, quæ expresso jure carentur, non receditur à jure, etiamsi judiciale aliud æquius videatur, c. 1, & c. 5, sup. De confis. & c. 1, inf. De sent. & re iud. Nam inter æquitatem, inquit Constantinus Imp. eiusque interpositam interpretationem nobis folis & oportet & licet inspicere, l. 1, §. 1. De legib. Ubi æquitatem accipe pro æquitate non scripta & quæ jure consignata non est: aliás si æquitas effici consignata, omnino præferretur juri scripto , tamquam strictiori. Placit. 8, C. De iudice. Nisi aperre permetteret legislator, ut iudex, non attento iure scripto, posset ex causa, aliisque circumstantiis aliud statuere , ut autem diximus de pœnis iuris communis, ex d. l. Aut facta, cum similib.

### IN TIT. XXXVII. DE POSTVLANDO.

#### S U M M A R I A.

1. Postulare quid.
2. Postulare qui prohibeantur.
3. Clericis postulare quatenus permisum.

**Q**uod si partes litigantes induci non possint ad compouendum sive transfigendum , sed omnino decretum sit iudicij aleam experiri, tunc in primis incumbit actori desiderium, id est petitionem suam, in iure, id est apud tribunal iudicis,

judicis, expōnere, & ad reum vicissim pertinet pētitioni actoris contradicere; hoc enim est postulare, l. i. D. De pētulando. Idque facere uerque potest vel per se, vel per alios, de quorum functione agit deciēps S. Pont.

<sup>2</sup> Postulare autem omnes rerum forensēm periti possunt, nisi qui nominatim prohibentur, quorum tres ordines constituit Pr̄ator. Nam quidam omnino prohibentur postulare, ut pueri & surdi: quidam pro' aliis, ut fēminæ & eācī: quidam non nisi pro certis personis admittuntur, ut pro seip̄sis; aut pro aliis, quorum tutelam vel curam non sponte sed necessariō gerunt, d. l. §. 1. & seq.

Prohibitis postularē & Advocati officium ex- 3  
ere Canones adjūnt Monachos, &c. qui illis  
xquipantur, Canonicos regulares, saltem ex-  
tra causam monasterii, c. 2, h. t. idque sive agatur  
coram judice Ecclesiastico, sive laico. Idem ferē  
juris statuunt in Sacerdotibus, & omnīnd Cleri-  
cis illis, qui saceris initiati Deo mancipantur: qui-  
bus tamen postulare permittitur coram judice  
laico, si propriam causam aut Ecclesīa suę agant,  
aut pro coniunctis ac miserabilibus personis, c. t.  
& fin. h. t. ubi ex adverso qui advocatum agit pro  
extraneis contra Ecclesiam, beneficio privatur,  
quod ab illa acceperat. V. A.

## IN TIT. XXXVIII. DE PROCVRATORIBVS.

## S U M M A R I A.

1. Procurator quis & quotuplex.
2. Dic̄imen inter procuratorem ad lites & ad nego-  
tia.
3. Procurator in rem suam.
4. Tutor vel curator non constituit procuratorem, sed  
actorem.
5. Procuratorem constitutere permīssum Prelatis, Cleri-  
cis, univerſitati.
6. Procurator pr̄asens vel absens constitui potest.
7. Usus gratihabitione confirmari.
8. Personā conjunctis pro se invicem agere licet, absque  
mandato.
9. Modo caveatur de rato, aut iudicato ſolvendo.

**V**tilitatem ſive potius necessitatēm Procu-  
ratorum eleganter indicat Ulpianus, in l. i.  
circa fin. D. b. tit. dum ait: *Vetus procuratoris  
perquam necessarius est, ut qui rebus suis ipſi ſuperfeſe vel  
nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere, vel co-  
veniri.* Ita Ulp.

<sup>2</sup> Quare Procurator is dicitur, qui aliena nego-  
tia domini mandato adminiſtrat, d. l. Idque in  
iudicio vel extra iudicium, c. Qui generaliter h. t.  
in 6, ita ut is, qui ad iudicia constituitur, vulgo  
ſimpliciter & uiratius procurator dicatur; qui  
verò extra iudicium, ad explicandum negotium,  
procurator ad negotia.

Sed hoc differentiæ eſt inter utrumque pro-  
curatorem, quod is ad iudicia à domino cauſe  
conſtitui debeat, non verò ab alio; & ne quidem  
à tuatore vel curatore in rebus minorum, cū ipſi  
rerum rerum domini non ſint, l. Neque tutores II,

C. h. tit. Adeò ut neque procuratore ſam conſtitu-  
to, alium ſibi ſubſtituendi ius habeant, ob eam-  
dem rationem, l. Quod quis 8, & d. l. Neque tutores C.  
cod. Nisi eo caſu, quo tutor vel curator vel procurat-  
or litem ſint confeſtati; quia tunc tamquam  
domini litis poſt confeſtationem factam pro-  
curatorem rectè conſtituant, d. l. Neque tutores &c.  
Nulla 23, C. cod. quippe litem confeſtando in ju-  
dicio contrahere dicuntur, l. 3. §. idem ſcribit D.  
De peculio. Sed hoc amplius eſt in procuratore ad  
iudicium, quod & iſ ſubſtituere poſſit etiam ante  
litem confeſtam, ſi à domino ſubſtituendi  
poſteſtā habet, c. 1. §. 1. h. tit. in 6. nam tunc  
ſubſtitutus à procuratore conſeruab ipſo domi-  
no conſtitutus, tamquam prior procurator eo ipſo  
mandatum ſuum in ſubſtitutum rejecerit. Ne-  
que revocare poſteſt eamdem ſubſtitutum, niſi  
ſuo mandato conſineatur, c. 3, cod. tit. in 6, l. Item §.  
1. D. Quod cuiusq; univerſ. nomine. Procurator vero  
ad negotia non tantum à domino, ſed & ab aliis,  
quorum quomodo liber intereſt, recte conſtitui-  
tur, l. 2. & l. Si procuratorem 8, §. 2, & seqq. D. Man-  
dati.

Eſt & alius procurator in rem ſuam, qui omni  
tempore, nedum poſt litem confeſtam, alium  
procuratorem ſubſtituere poſteſt, c. 1, §. 1. in ver-  
bis, niſi in rem ſuam h. t. in 6. & l. illam 33. C. De do-  
nationib. Dicitur vero in rem ſuam procurator,  
ad quem actionis commodum pertinet, ut quia  
ipſi actione vendita, donata, vel in ſolutum data  
eſt, cedentis que nomine eamdem actionem in-  
tentat, l. fin. C. Quando ſicut vel priuatus &c.  
Cujus haec ratio eſt, quod hic procurator quo-  
dammodo

F 2